



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Ismeria, propter Equitum constantia, nihil prosiciente, Sultanus eis
extrema quæque comminatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

TISMERIA, PROPTER EQUITVM

constantiam, nihil proficiente, Sultanus eis

extrema quæque commina-
tur.

CAPVT III.

Equitibus magnoperè mirantibus hanc
eximie pulchritudinis tum etiam aliarum
naturalium perfectionum donbus condeco-
ratam filiam intra carceris angustias sese cum
illis recepisse, ingentes ei gratias pro maxima
eius humanitate, qua in loco tam vili & abie-
cto erga tres captiuos vtebatur non ingrati
retulerunt. Sed quantum ad munia & munera
quæ illis ab illa offerebantur, attinebat, re-
sponderunt Sultanum hac in re oleum & ope-
ram perdere, nulloque modo vana aliqua spe
illectum persuadere sibi debere passuros se ab
illo, precio tam charo coemendos: nam ubi,
suscepto à se Equitum ordine, nomen militiæ
dederunt, armaque in sacræ legis fideique
Christianæ defensionem sumpserunt (quam-
uis pro tempore, utpote qui tum captiui & ma-
cipia cum essent, non possent eius rei armo-
rum vi experimētum facere) paratissimos se
prohibebantur ad quælibet tormentorum gene-
ra fortiter obeunda & mortē denique ipsam
quantumuis acerbā pro fidei cōfessione equo-
animopreferendā. quæsi iā recepta fecisset, nihil-
ominus tamē minime adhuc p̄ infinitis benefi-
cijijs

cijs se satisfecisse iudicabant quibus redemptori nostro Iesu Christo in perpetuum deuincti manebant, qui cum vniuersorum sit Deus, creator, Rex & dominus, tamen vt nos à gehennæ pænis æternis redimeret, & à potestate diaboli saluos eriperet, tantopere se ipsum humiliavit exinanivitque, vt carnem humanam è gloriosæ Virginis Mariæ castissimis visceribus assumpserit, vt homo fieret nõ alium in finem, quàm vt triginta trium annorum spacio in hac lacrymarum valle vitæ inopem continuis laboribus & ærumnis plenam duceret, & ad extremum post infinita se tolerata supplicia in cruce pendens mortem ignominiosissimam sustineret. Ex quibus Equitum sermonibus sumpsit Ismeria disputandi materiam, probare volens religionem suam veram esse & solidam, Christianam verò vanam & fallacem: Equitum tamen rationes & argumenta solidissima & convenientissima silentium eidem, non sine eiusdem pudore & verecundia, imposuerunt, sicque recessit ab eis scrupulis anxietatibusque plena, suspectam habens legem Mahumetanam, patremque suum omnium, quæ inter se & Equites dicta factaque fuerant, admonuit: vnde in talem subitò versus est rabiem & furiam, vt decreuerit eos diro mortis supplicio afficere. Quapropter iussit vt in carceres molestiores & tenebricosos traherentur comprimerentur, & panis

panis portio, quæ eis in dies singulos concedi consueuerat, ex parte subtraheretur. Quod ut securius, omnique in oppositum formidine seclusa executioni sine fraude doloque mādaretur, carceris custodi clauēs abstulit, easq; Ismeriæ conseruandas dedit, ut sola sine comite eos accederet, eisq; panem solum & aquā deferret, idq; in tam modica quantitate, ut vix per eam, nisi admodum difficulter, eorum vitam sustentare posset: hac ratione videlicet, quemadmodum etiam per continuam filia suæ cum eis conuersationem, adhuc futura sperans, ut in suam tandem pertraherentur sententiam, impiæ suæ voluntati plenè more gerentes.

*ISMERIA HOSTIUM SVAVIBVS
verbis plurimū commota petit sibi ab eis B.
virginis imaginem fabricari.*

CAPVT IV.

ISmeria, Equitum blandissimis verbis pūatistq; colloquijs, vel potius instinctu diuino iam pridem permota. volens corū animos quæstionibus exagitare simul & eorundem audite responsa, carcerum custodiam lubens acceptauit, in quos summo mane subsequēntis diei solam se intromisit. Portisq;